Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26078
Copyright: Admont, Benediktinerstift

num ad cibum extendere. si ante quam comedat hoc est
uerbis mortiferis adquiescat uoluerit prius considera
re quod dicitur et singulos sermones discutere eorumque trac
tare rationem. Nam in ipsis repperiet antichristum prepa
rari. Ergo iuxta hebraicum qui comederit de ouis eorum
morietur. Qui autem iuxta .lxx. frangere ante uoluerit
et diligenti intuitu ac uidere quod lateret reppererit
fetorem teterrimum et principem omnium serpentum dia
bolum in eorum latitare traditionibus. Et quia supra dixerat
telas araneę texunt. exponit quod telarum istarum tex
tura perficiat. labor inquit eorum omnisque doctrina non christi
efficit uestimentum nec pallium quo nuditas animę prote
gatur. sed casso labore desudant dicente hoc eodem propheta
ta. Populus hic me labiis honorat. cor uero eorum longe
est a me. Frustra autem me colunt docentes doctrinas
et precepta hominum qui sequentes neglegunt legem dei. Et ut
sciamus in tela opera demonstrari intulit. Neque ope
rient operibus suis. Quidam locum istum sic edissert. oua
aspidum sciderunt siue ruperunt. idest. mordentes prophe
tarum eloquia texuerunt. de quibus qui comederit a serpente
ferietur et intelleget nihil se uba perfuisse mendacium. reliquere sermones. et blandita sibi pseudo prophetarum
Opera eorum opera inutilia et opus iniquitatis in manibus eorum.
pedes eorum ad malum currunt et festinant ut effundant
sanguinem innocentem. cogitationes inutiles uasti
tas. et contritio in uiis eorum uiam pacis nescierunt. et non est
iudicium in gressibus eorum. Semite eorum incuruate sunt
eis. omnis qui calcat in eis ignorat pacem. .lxx. Opera enim
opera eorum iniquitatis. et pedes eorum ad malitiam currunt.
ueloces ad effundendum sanguinem innoxium. et
cogitationes eorum cogitationes stultorum. Contritio et